

una cum p. v. intersint concilio generali processibusque et ordinacionibus vestris efficaciter adhereant et assistant pro negocio unionis feliciter consumendo, necnon reverendissimos in Christo patres ac dominos dominum archiepiscopum Saltzburgensem metropolitanum et dominum episcopum Pataviensem dyocesanum nostros aliosque prelatos et viros ecclesiasticos et seculares piis exhortacionibus et persuasionibus inducere et possetenus informare, ut in presenti negocio fidei catholice admodum necessario p. v. adherere et assistere velint iuxta suarum virium facultatem. Verum quia subtraccio ab obediencia domini Gregorii, que via licet sit canonica, ex quo sancta mater ecclesia non potest ad presens aliter couniri, est tamen difficilis, ponderosa et ardua, que nisi concorditer fiat, plurima pericula comminatur, universitas vestra filia hunc articulum cum dominis archiepiscopo et episcopo ac principibus et prelati provincie ac de modis, quibus huiusmodi subtraccio fiat, ut sit unanimis^a et concors et alias talis, ut prodesse pocius possit quam obesse, decrevit omni diligencia seu studio pertractare^b divina gracia duce, que r. p. v. dirigat ad felicem conservacionem sancti negocii inchoati. Datum Wyenne die lune XXIX mensis Octobris anno domini millesimo CCCC^{mo} VIII^o. Rector et universitas studii Wyennensis.

Sein Aufenthalt in Wien ermöglichte es Abeczier, in diesen Tagen auch einem deutschen Kirchenfürsten in der Nähe das Einladungsschreiben der Kardinäle zu überreichen, nämlich dem Bischof von Freising Berthold von Wachingen. Dieser befand sich gerade in dem ihm gehörigen, östlich von Wien auf dem Marchfelde gelegenen Städtchen Enzersdorf¹, empfing hier am 23. Oktober den Besuch Abecziers und liess daraufhin am folgenden Tage nachstehendes Schreiben (Bl. 160^b der Danziger Hs.) an die Kardinäle abgehen:

Responsio domini Frisingensis.

Reverendissimi domini et patres, humili recommendatione premissa cum promptitudine complacendi. Litteras pro parte v(estrarum) p(aternitatum) r(everendissimarum) pridie per venerabilem virum dominum Io. Abeteczier doctorem decretorum vestrum oratorem nobis presentatas ac

a) unanimus *cod.* b) protractare *cod.*

1) Enzersdorf verdankte diesem Bischof seine Mauerbefestigung, vgl. Mon. Germ. hist. Script. 24, p. 328.